



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

34 Bona Ecclesiastica non sunt nostra, sed sunt patrimonium Iesu Christi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

est, *l. si de interpretatione, ff. de leg. cap. cum dilectus, de consuet. cum alijs supra civitatis*, & cum Taurini officium Vicarii pro bon. mem. Hieronymo Cardinali de Ruvete, & deinde pluribus mensibus Sede Archiepiscopali vacante exercerem, semper per civitatem, & totam illam diocesim, per exequutores curiæ Archiepiscopalis, ad exequutiones reales, & personales ad mei mandatum fuit liberè processum, 30  
 † quinimò, quando pro gravitate causæ opus erat alijs exequutoribus, exequutores curiæ sæcularis, sine aliquo impedimento illius integerrimi Senatus exequutoribus Archiepiscopalibus adjumento erant. 31  
 Possunt etiam Episcopi † tempore pestis pro bono regimine, & cura animarum sibi commissarum, in curam animarum, & personarum ecclesiasticarum subjectionem concernentibus decreta, & edicta publica edere, & per civitatem, ac diocesim publicare, publicarique facere, eadem 34  
 ratione, qua Concilia Provincialia, & Synodos diocesanas indicere, publicare, exequutionique per civitates, & dioceses demandare, ac demandari facere, ut per Concil Trident. c. 2. §. ibi synodum, & §. itidem Episcopi, de reform. sess. 24. cum alijs supra in princ. deductis. Tempore belli, penuriæ, & pestis, ac pro concernentibus publicam utilitatem, edicta contra personas foro ecclesiastico subjectas, de mandato Episcoporum edi possunt, & publicari, cum in his omnibus debeant invigilare, & ut bonum decet pastorem, pro-

videre, attento, quòd personæ ecclesiasticæ quocunque casu à jurisdictione sæculari sunt exemptæ, per † privilegium, quod habent à Deo, *cap. si Imperator, 96, dist. Innoc. in cap. 2, num. 1, de majorit. & obedient. l. statuimus, C. de episc. & cler. & Covar. pract. quest. c. 31. nu. 3.* & præsertim, quòd tempore belli non subiciantur pœtestati sæculari, probatur, † quia quocunque casu restaurationis in ænium, pœcium, aut fluminum à clericis etiam consentientibus laici nihil exigere possunt, nisi accedente Sedis Apostolicæ auctoritate, *cap. adversus, vers. propter imprudentiam, & ibi Abb. num. 1, de immun. eccles. capit. clericus laicos, §. nos igitur, eodem tit. in 6. & extravag. 1, §. ceterum, eod. tit.*

Urgentibus verò necessitatibus, ut penuriosis temporibus, tenentur Episcopi providere, ut de iis, quæ ad necessarium victum spectant, egentibus succurratur, 4  
 cum bona ecclesiastica non sint nostra, † sed pauperum, quorum procuracionem gerimus, *cap. pen. 12, quest. 1, cap. quidd. autem, 23, quest. 7, & cap. conventor. ead. 23, quest. 8.* sintque patrimonium Jesu Christi, *cap. cum ex eo.* & ibi gloss. in verb. Christi, *de elect. in 6, c. fin. 16, qu. 1, c. 2, de prob. Abb. in cap. cum esses, n. 29, de testam. Dec. in cap. constitutus, n. 5. & ibi Felia. nu.*

19, de rescript.

\* \* \*

L

DE